

Caspar Mauritius

**Programma Quo Ad Solennem Passionis Dominicae Memoriam sincera
devotione recolendam Et Fugienda Bacchanalia, Cives Academici, Studiosi
praesertim, invitantur : [P.P. sub sigillo Rectoratus nostri IX. Febr. Anno M. DC.
LI.]**

Rostochii: Kilius, [1651]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734833873>

Druck Freier  Zugang



R.U Progr. 1650

- 1) Joach. Stockmann
- 2) Johannis - Gethsemane
- 3)
- 4) Caspar Maunius
- 5) Augus. Varenius
- 6) Joach. Stockmann



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734833873/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734833873/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA
<sup>2^o
AD SOLENNEM
PASSIONIS
DOMINICÆ
Memoriam sincera devotione
recolendam</sup>

B T
FUGIENDA BAC-
CHANALIA,

Cives Academici, Studiosi
præsertim, invitantur.

PROPOSITUM
RECTORE

CASPARO MAURITIO,
SS. Theol. D. ejusdemq; P. P.
& Eccles.

•S (O) S

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

651 f.

Tria sunt eorum, qui in Academis Studiosi audiunt, genera. Primum eorum est, qui tanti nominis mensuram expletant & ad doctrinam ac virtutem magnis passibus contendunt. Alterum nonnullorum, qui præter inanem magni nominis umbram nihil retinent, corrupti antequam in Academias pedem inferrent, & corruptores, projectissimæ nequitiae homines, Harpyæ immundo contactu omnia fœdantes, ἑταῖρα ἀχειρόσης, qui, quod malorum omnium extreum est, mala sua ignorant ipsi. Tercium est eorum, qui Virtutis viam nondum quidem firmato instant pede, nec tamen ita vitiis se tradiderunt, ut inemedabiles esse desperaratæque; & conelamatæ salutis videantur. Illos, qui officium faciunt, & quod rectum est, non modo ut intelligant, verum ut reapse quoque; præstent, sintque; Φωσῆς εὐ πέσω γενεᾶς σπολιᾶς ὡς διεσφυμένης, sedulam dant operam, amamus, commendamus, & in exemplum, quod alii intueantur, proponimus, cupimusque; ad horum similitudinem quam proximè accedere alios, eos potissimum, quibus tertium locum fecimus. Nam istos, quibus secundum assignavimus, vellemus sane tractabiles & curabiles esse, idque; etiam sperare auderemus, nisi ipsi protervia indomita, in probitate inaudita, helluationibus & debacchatonibus infinitis, diversionibus aliorum, depilationibus, ipsaque; adeo Schoristica Legibus nostris & programmatibus toties damnata & proscripta spem omnem fermè decoxiissent. Hi sunt filii Bellial, fugientes lucis, filii tenebrarum qui pœnas diuinæ certissimas attrahunt locis omnibus, in quibus haec monstrantur, quoniam novellos Studiosos pecunia, quām sāpē miserè comparserunt Parentes, emungunt, eosque; ad servitiam sibi præstanta indignis & ineptis modis adigunt, & compotando atque; contumeliose alios habendo flagitiosa & inexcusabili petulantia, inobedientia, impudentia ac jura menti sancte præstiti aperta conculcatione omnia sacra, profana.

fana turbant, qvorum studia perpetua sunt Bacchanalia, tristes & malignæ naturæ, qvæ nulla divini numinis aut Magistratus reverentia tanguntur, qvas non dicam Saturnus infelici adspexit sidere, sed ipse Diabolus in belluas, in truncos, in lapides, in immania portenta transformavit, qvibus ad vivum exprimendis humana impar oratio est. Adumbrare tamen eos voluimus debuimusq; propter vos, Studiosi Juvenes, qui in lubrico ætatis constituti estis, & cerei in vitium flecti, qvi n̄ βέδη τε γνωμα nondum penitrat, qvibus fucum facere & glaucoma licentiæ Academicæ, cujus autor Satanæ est, ob oculos objicere magistri pessimi solent. De vobis spem magnam concepiimus, futurum, ut à nobis paternè admoniti, cautius mercari discatis, & prava Bacchantium consortia cane pejus & angue fugiatis: neq; minor de verstrum nonnullis solicitude nobis & cura est, ne pestilentissimi mortalium suam vobis scabiem affricent, & insanissimas ineptias exemplo, conversatione, verbis, imprimant, allinant, commendent. Sed cogitate perjuros Bacchos, fures temporis, valetudinis & fortunarum divinas humanasq; pœnas effugere minimè posse: cogitate, qui cum monstribus ejusmodi conversamini, & vel aperto vel tacito consensu impietatem illorum & rebelles molitiones approbatis, vos in omnium illorum flagitorum & consequenter etiam pœnarum certo imminentium societatem venire: cogitate in præsentissimo vos animæ vestræ, quam tanto impendio Spitor noster redemit, periculo versari, Dei iram & maledictionem incurrire, è communione piorum & sanctorum, ipso facto vestroq; assensu vosmet exturbare atq; ejicere, nec posse vos, quantis per his operibus tenebrarum communicatis, esse dignos convivas epuli cœlestis, quin edere vos iudicium & condemnationem, quod Deus clementissimè averat. Et quod caput est, cogitate, quotquot securi peccatis indormitis, acerbissimā Seryatoris nostri passionē, cujus me-

moriā nunc Catholica Ecclesia recolit. *Caput nostrum ange-*
licis tremendum spiritibus, verba sunt Bernhardi, densitate spina-
rū pungitur: facies pulchra p̄ filis hominum, sp̄tis Iudaorum
deturpatur: oculi lucidiores sole caligantur iu mōrte: aures, quæ au-
dīunt angelicos cantus, audiunt peccatorum insulces: os quod docet
angelos, telle & aceto potatur: pedes, quorum scabellum adoratur,
cruci clavo affiguntur: manus, quæ formaverunt cœlos, sunt in cru-
cē extensa & clavis affixa: corpus verberatur: latus lancea perfora-
tur: & quid plura ē non remansit in eō nisi lingua, ut pro peccatori-
bū oraret, & matrem discipulo commendaret. Considerate
θόρυβος sanguineos sudoris instar destillantes & in terram
guttatim defluentes, qui nisi vobis lachrimas exprimunt,
non hominum, nedum Christianorum nomine digni estis.
Miramur Scanderbegum, clarissimum illum Epiri ducem, in
quo tantus dimicandi ardor fuisse scribitur, ut pugnanti san-
guis ē labii eruperit. Et nos non miremur Servatorem no-
strum, qui propter nostra peccata instar botri subjectus tor-
culari iræ Dei, cum doloribus mortis, cum Satana serpente
infernali tanta contentione pugnavit, ut magna copia san-
guis & quidem congelatus ē toto corpore manaret, haud se-
cus ac hæmorrhoidis morsu sanguis omnis de corpore toto
profluere dicitur, ut sisti nulla ope possit. Expendite vobi-
scum capturam & vincula Servitoris nostri, qui capi à ma-
ligna viperarum progenie voluit, ut nostram captivitatem
solveret, nec vinciri recusavit, ut rumperet καλώδια mortis
& inferni; quid ergo vobis animi est, qui vinculis peccati &
numellis Satanae exsoluti, vinculis peccatorum rursus impli-
camini? Alligamini potius Christo funibus fidei, vinculo
charitatis & sinceræ obedientiæ nexu. Constringat nos chari-
tas illa Christi, ne post hac nobis vivamus, sed ei qui pro nobis mortuus
& suscitatus est. II. Cor. V. 14. 15, Considerate colaphos à vi-
lissima orbis portione orbis Domino infictos. Nempe nos
omnes digni eramus, non tantum qui in faciem depalmae-
mur,

mur à Satana, quod Paulo electo Dei organo contigit, sed etiam ut adjudicaremur opprobrio sempiterno, quod a nobis amolitus est Servator noster, cuius faciem ignominia operuit, ne nos rubore æternum suffunderemur. Cavete ne & vos Christum malitiæ atq; insolentiæ colaphis excipiatis, ne ipsi in faciem foedis cogitatis, dictis, factis inspuatis, ne faciem ejus hypocrisi vitæ obveletis, neu irrisui eum habeat. Semper memores estote illius Paulini: Ne errate; Deus non irrideatur. Quicquid enim seminaverit homo, hoc & metet: Nam qui seminat carni sue, ex carne metet interitum: qui vero seminat spiritu, ex spiritu metet vitam æternam. Gal. VI. 7. 8. Semper vobis ante oculos obversetur imago Christi ob peccata aliena crucifixi: nam si in vidente ligno ista facta sunt, in arido quid sicut? Verè Christus arbor viridis in radice divinitatis, in charitate humanitatis, in ramis virtutum, in foliis verborum, & in fructu bonorum operum. Quid autem nos? Natura ligna arida, interim beneficio divino Christo arborei vitæ insita, ut è vulneribus ipsius vitalem succum trahamus: quod si fit, bene nobis consulimus; sin minus, dubium nullum est, quin horribiles poenæ immineant & exitium, quod prædictum Joël cap. III. 13. immittit, inquit, falcum, nam maturuit messis: venite, descendite, quia plenum est torcular, plateas profundunt torcularium lacus: nam ampla est malitia istorum. Vos, qui splendide vos oblectatis, potuq; inebriantे ingurgitatis, atq; id unum in votis habetis, ut potentes sitis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, recognitatem vobiscum sitim Jesu nostri, & amarissimi aceti haustum, ut animæ vestræ sitim restinguaret. Neq; enim corporis tantum sitis erat, quamquam & hæc intolerandum quid esse videatur. Scordenses obfessi à Turcis, cum ad id inopiæ aquorum ventum esset, ut vix modicum quid singulis distribuendo tres adhuc dies suffectoræ crederentur: abeunte hoste præcipites sitibundum agmen ad subjectum flumen ruunt, desideratam-

que multis diebus aquam tam cupidè hauriunt, ut multi ea
repleti, stupidi rigentibus membris statim exanimes conci-
derint. At haec sitis ludus jocusq; est præ nostri Jesu siti, quæ
non aqua, sed obedientia expleri poterat, nec temporariam
corporis unius hominis, sed æternam animarum totius ge-
neris humani respiciebat. Haec vestræ siti modum ponat,
haec potandi cupiditatem refroenet, quam ipsi quoq; sanio-
res Ethnici sunt detestati; ceu fontem & Iliada malorum
omniū. Idolis similes sunt ebriosi. Mente habent, sed amen-
tem; os, sed loqui: aures, sed audire; oculos, sed videre;
pedes, sed officium facere nescios. Cyrus (ciscianzi Astiagi,
cur vinum, quod ei in patera offerri jussisset, bibere noluisset: Quo-
niam, inquit, venenum esse credidi, quum nuper vidi sem in convi-
vio, ad quod amicos convocaveras, neminem qui id bibisset, non ita
debilitatum corpore, ut ambulare non posset, itaq; animo agrum, ut
nihil intelligere aut saperet.) Xenoph. de Instit. Cyris. Volu-
ptas, quæ ex vino immoderatè sumto capit, Delila est, pul-
chra quidem & speciosa pellex, sed quæ robore & acumine,
spolians certissimam habet individuamq; comitem pœni-
tentiam. Demosthenes olim illectus fama Laidis nobilissimi scorti,
Corinthum navigavit. Ad Laidem clanculum adie. (verba sunt.
Gellii Noct. Attic. lib. i. cap. 8.) & ut sibi copiam sui fateret, petit.
At Lais μεγαλούχη τηλαρτον poposcit: hoc facit nummi nostra
via denarium decem millia. Tali petulantia mulieris atq; pecunia ma-
gnitudine ictus expavidusq; Demosthenes, avertitur & discedens:
Ego, inquit, pœnitere tanti non emo. Sed Graeca ipsa, qua fertur di-
xisse, lepidiora sunt: εν αὐτοις, inquit, μεγαλούχη μεταμέλεια,
hoc est, non emo decem drachmarum millibus pœnitudinem, vel se-
cundum Erasmus lib. 4. Apoph. εν αὐτοις ποστος μετανοησαι
Et bene quidem esset, si semper pœnitudo & pœnitendi
tempus indulgeretur: quid si divino judicio tales helluones
subito pereant, annon futurum est, ut cum helluone illo, cu-
jus in Evangelica historia mentio extat, flammis infernali-
bus

būs sineullo refrigerio torqueri se æternum conquerantur? Turpe est, hoc tempore potissimum, quo flos Ecclesiæ olim libera & sancta jejunia agebat, nos Bacchanalia, quōrum inventor Diabolus est, agere. Turpe sub capite spinato velle, deliciari. Israelitæ olim accepto nuncio cædis Regis sui Saulis & Jonathanis filii ejus planixerunt & sieverunt & ad vesperam usq; jejunaverunt: quid nos facere par est, recolentes memoriam crucifixi innocentis Filii Dei ob peccata nostra? Percusso Asaæle, quem Abner transfodit aversa hasta, omnes qui transibant per locum illum, in quo ceciderat Asaæl & mortuus erat, subsistebant. Et quem non commoveat mors adeo foeda & ignominia plenissima Regis Regum, velum ruptum, terra morta, petræ fissæ, sepulcra aperta, mortui exsuscitati, quis tam ferreus, adamantinus, stupidus est, cui hæc terrorem non incutiant, exprimant lacrimas, excutiant stuporem? Rex Israëlis laudatissimus David, cum secum perpenderet, arcam Dei pellibus esse obiectam, se vero in amplissimo palatio habitare, pudore suffusus dixit ad Nathanem Prophetam: Videsne quod ego habitem in domo cedarina, & arca Dei posita sit in medio pellium? Et quo pacto nos efferre nosmet atq; voluptatibus tradere queamus, recognitantes veram Dei arcam Christum Jesum non pellibus, sed sputo, sanguine, doloribus immensis in monte Calvariæ obrutum atq; oppressum? Quin potius cum Uriā dicamus: Arca Dei & veri Israëlitæ manent in tuguriis, & nos domum temulentia atq; vanitatis ingrédiamur? Ut vivit anima nostra, non sumus facturi hanc rem. Transeunte Davide torrentem Cedror, reliqua multitudo, quæ cum Davide erat, flebant voce magna: ipse David clivum olivarum, scandens & flens, iudis pedibus incedebat & operto capite: sed & omnis populus, qui erant cum eo, operto capite, incedebat, plorans. Et quis vere Christianus à lachrimis sibi temperare possit, videns, Christum transire torrentem passionis rapidissimam.

diffimum, & scandentem montem Calvariæ, ibiq; crucifixum
portare peccata totius generis humani ? Hæc meditamini, o
studiosi : *τινὰ νοῦν, δῶν ἢ ἡμῖν οὐθὲν αἴνεσθαι πάσι.* Si qui ve-
ro sunt, adeo indurati, ut hoc tristi spectaculo non commo-
veantur ad seriam flagitiosæ vitæ emendationem, similes
militibus, qui Christo illuserunt, eumq; omni vestimento
spoliarunt, quorum germani filii sunt Schoristæ, idem Chri-
sti membris facientes, quod illi Christo, horum sanguis sit.
super caput ipsorum: Vos, vero quibus adhuc minima pietatis
superest, quibusq; inest aliquid ingenui & Christiani sanguini,
advertisite animum & hoc agite, resipiscite à Diaboli la-
queis, à quo capti vi tenemini ad ipsius voluntatem. Memo-
ria Jesu Crucifixi crucifigat in vobis omne peccatum!
Seryamini à generatione prava, & hoc potissimum tempo-
re, quo redonatam Germaniæ auream pacem gaudemus,
Deoq; tanti boni recuperationem unice acceptam ferimus,
vos quoq; Cives Academiciorum & singuli, ad referendas
Deo grates verbis & factis vosmet præstate, ne provocata
novis flagitiis Dei justitia, quod olim florentissimæ Scholæ
Berytensi accidit, yestrī ruinis nos involvat omnes!

P. P. sub sigillo Rectoratus nostri IX. Febr.

Anno M. DC. LI.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734833873/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734833873/phys_0011)






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734833873/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734833873/phys_0012)



nis & responsionis, quae est de homine
 alissimam mortem, seu אֶת־נַפְשׁוֹ כִּי־תָּמִיד חֲמִיתָ הָרָב
 conciliando per illam mortem D E C
 illorum scilicet, et hoc estatio
 נְפָשָׁת, mentione & applicatione magnificā,
 propter Dominum, & triplicati אֶת־נַפְשׁוֹ
 dentia, tum ex עַד מִנְחָה עַד quod non
 piatorii ac propitiatorii sacrificii JE
 moriam supplicant & intelligentissimo
 tori Danieli vel solā suggerere ceremoniā
 tamen posse 52. demum septim. בְּרֵבֶשׂ כִּי־תָּמִיד חֲמִיתָ הָרָב
 434. annos illa futura
 gai, uter 400 adhuc supereffent anni, id tam
 habet: Malachia idem intervallum pro exi
 mox, inquit, veniet: Sacharia: jubila
 Zion, exulta valde: Ecce Rex tuus:
 Sic ad eandem filiam Zion & domum
 conspirabant duo potentissimi Reges, Feschaja
 timero קָרְבָּן הַשְׁמָר וְהַקְשָׁמָן contine te, & fi
 lis esto: irritum erit & inane hostiu
 lat pro domo Davidicā Immanuel na
 & Davidicā stirpe: hoc ergo non erat
 vidicæ vobis firmamentum & signum e
 concipiet, & pariet filium, & vocabis
 men ejus Immanuel.

Superat & facundiam disertissimorum
 us angustiam majestatica unius Esaiæ p
 totius Prophetæ Thema generale spe
 הַמִּלְלָה: In solo Messia ex domo
 ejusq; spirituali æterno & majestatico
 lo corporali vel Judaico vel Israelitic



the scale towards document

per re
 & re
 tum ex
 האַלְמָנָה
 ati Dei
 ne evi
 nici ex
 TI me
 scruta
 us. Et
 seu posse
 Chag
 nodico
 & mox,
 וְאַתָּה
 תִּבְרָא
 us funus
 וְאַתָּה
 inquit,
 anqvil
 וְאַתָּה
 : vigi
 Virginie
 us Da
 rgo illa
 וְאַתָּה
 על נְמָמָה
 gramma
 rive enim
 הַכּוֹנוֹת
 scendo,
 וְאַתָּה
 on in ul
 rum or
 bis

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.